

„[...] Itaque sanctum Hugonem pubescenti aetate uernantem uenire ad se innuitauit, inuitatum gloriosissime excepit, et ut filium Henricum tertium [recte: quartum] de sacro fonte leuaret gratanter obtinuit. Tunc etiam pascha celebrauit paschalis agni filius una cum imperatore, angelica Cluniacensium seniorum stipatus caterua, in Agrippina Coloniae. Qui cultus humilitate purpuratos principes, suaui persuasione magniloquos Saxones, uultus mansuetudine Alamannos crudeles ad glorificandum Deum mirabiliter excitabat. Nec muto post uix ab augusto laxatus Cluniacum rediit, muneribus comitatus et gratia, bonis deuotionem et sanctae conuersationis aemulationem relinquens in curia. Similiter et munera detulit a rege Hungarorum aurumque illud quo effigiatum fuit grande satis thuribulum. Illuc iussi Romani pontificis profectus, pace reformata et expleta legatione rediens a quondam duce Theutonicorum captus [...]”.

GILO: *Vita sancti Hugonis abbatis*. In: COWDREY 1978. 43–109. I, 6.